



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita**

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Alea

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

se imperio abdicasset, atque priuatum vi-

fertur, signum fuit. Nam finis eius industriz est metere, fructusque colligere. Idem lib. 42. pag. 417. A.

Legimus etiam veteres agriculturam hieroglyphicè per Nilii simulacrum indicasse. Cuiusmodi autem esset effigies, lepidè descriptione Philostratus indicauit: quam vide apud eum l. 46. pag. 448. A.

Est etiam araturum agriculturæ & frumentarii prouentus signum: ut in quodam nummo argenteo veteri cernere est, de quo vide eundem. Val. lib. 48. pag. 469. A.

SCRIPTORES.

De agricultura & vita rustica. Brisonius lib. 8. & Artemidorus de somniis lib. 2. Inuitatio ad rusticandum. Marcellus Sic. lib. 7. epistola 7. Comparatio nauigationis, id est, mercaturæ maritimæ, & agriculturæ, apud Theonem in exercitamentis. Laus agricolarum, Plinius 18. 5. Qui agricultura illustres. Valerius 18. 3. Agricolarum epitaphia, Florileg. Græc. lib. 3. sect. 11. agricultura apud quos turpis, Aelianus in variis Græc. fol. 73. & 78. Vbi mulieres agricolentur, ibidem 76. De laudibus agriculturæ, Albertus Lollius. Laus vite agrestis & commoda ruris, Seneca Syluius epist. 91. & epist. 5. De laude agriculturæ, Stobæus sermone 54. & in contrarium, sermone 55. Cæsarum leges agrariæ ad Coloniatum iura, in Bobio oppido inuenta, ut Raphael Volaterranus scribit in Geographia sua. Epistola rusticales Græcæ 19. Aelianus.

Rei rusticæ scriptores in vtraque lingua enumerantur à Columella lib. 1. c. 1. De rustica relectorum, lib. 20. Græci Constantino Casari inscripti. Eisdem omnes Ianus Cornarius Latinus fecit: Andreas à Luciano octo tantum posteriores, qui de animalibus sunt. Eisdem omnes Antonius Petri Narbonensis in linguam Gallicam transtulit. Petrus Latius in Italicam, L. Iunij Moderati Columella de vniuersa re rustica lib. 13. Vocabula ad agriculturam pertinentia apud Ioan. Torrellinum de Orthograpia diuisione Ag. Dere rustica lib. 14. Palladius Rusticij. De agricultura, C. Plin. lib. 18. Dere rustica & terra. Vincentius Bellacen. lib. 27. Etymolog. Viæ Rusticæ.

Alacritas.

DEFINITIO. ET ETYMOLOG.

ALACRITAS est, qua erecti sensus vniuersi vt suo quisq; loco degat, quasi minime laetè, dictus alacer: & honestè tuendi causa sublimis, vultu animum promittente. Cuius extrema segnitias & proteruitas. Græci dicunt, φειδότης.

Hebr. Gbil, gbilah, exultatio, reuelatio gaudij externo aliquo gestu corporis: à verbo Gbil, exultauit, tripudiauit. Cognationem habet cum Galal, volutauit, rotauit se, & cum Gillah releuauit, vt si quis præ gaudio exilit, & circumrotationibus ac tripudis gaudium suum aperit. Hinc ἀγαλλίασθαι ἀλλήλοισιν, &c. exulto, gaudeo. Gall. Gaillard, gallardise se regaillardir.

LOCI BIBLICI.

Alacritas Deo grata, ideo amplexanda, Nehem. 11. v. 21. Cor. 9. v. 17. 18. & 16. 2. 2. Cor. 9. 7. Ephes. 6. v. 6. Phil. 3. 8. 11. & 4. 6. Coloss. 1. 11. & 3. 23. 1. Thess. 2. 11. 1. Tim. 6. 12. Hebr. 10. 35. & 11. 8. & 12. 5. 12. & 13. 17. Iacob. 1. 2. 1. Pet. 4. 9. & 5. 22. 1. Pet. 1. 8. 5. 1. Ioan. 4. 17.

EXEMPLA SACRA.

Alacritatis exempla: Artifices & operari Tabernaculi, Exod. 36. 8. & c. Principes & populus. Num. 7. 12. & c. Principes & populus Dauidis, 1. Paralip. 29. v. 9. Principes & populus Ioas, 2. Paralip. 24. 10. Principes reduces & captiuitate, 1. Esdr. 2. 8. 68. Zacharias. Luc. 19. 6. Paulus Act. 20. v. 24. Macedones, 2. Cor. 8. 5. 3.

PROFANA EXEMPLA.

Alexander adolescens mox ex pueris excedens, Babylonem ausus est & Sula sperare, atque adeo imperium orbis terræ sibi spondere, triginta millibus pedum, quatuor equitum fretus. Plut.

Marius, frater Antigoni regis, reus, cum postulare amici de causa, vt domi cognosceretur: Imo, inquit, cognoscetur in foro omnibusque audientibus, numquid facinoris conceperimus. Plut. in regum atoph.

P. Scipio secundo bello Punico cum cassè è Lilybæo soluit: tanta cupiditate in Africam transmittendi, vt nulli ei neque remi, neque venti satisfacerent. Deuictus est paucis diebus ad promontorium Pulcri: atque ibi omnes copias in terram exposuit. Antior v. 2. Scipionis.

Alea.

ALEA, tessera, ludus tesserarum varia materia & forma: variis item nominibus constantium. Græcè πύρρον, κούριον. Hor. Quam

SIMILITVDINES.

Philosofia, quemadmodum futuro imperatori necessaria est cuncta reuoluita: Sic ad mouendis ad curam reipubl. proprie obsequia congrui, velut præludium quoddam magistratum.

Sciatur etiam de omni foemellæ fontes lactis sub partum scaturientes, ceteros fontes rigentur alimentis necessariis & conuenientibus: hæc animalium maritæ omnes stirpium attribuitur, vt cognatis, non alienis cibis partus eius vtentur. Id de partu Noe.

EXEMPLA BIBLICA.

Proposuit, à Deo creator in Paradiso voluptatis horto, vt illic cano, et conuittus: vxoris illecebris fructu vetito degustato pulvis terram in sudore vultus sui colere iubetur: vt eo an hinc imprecatione, vt illa pro fructibus sentes & tribulos procreet. Gen. 3.

PROFANA EXEMPLA.

Apud veteres agricolæ ita sunt à ceteris feriati, vt inter congregandos non amicta, armorum strepitum, nihilominus omnis exortatio munera sibi munia obeant, nec laceantur vel minime. Cæsar lib. 8. c. 1. A. E.

Perpetuo studio agriculturæ incumbunt: vt si quis inter ipsos necem nocentem occiderit, aut instrumentum quodpiam ad agrorum opem furto sustulerit, morte puniatur. Stobæus ser. 42. ex v. 1. de quantum maribus historia.

Laus aduentum, Bouem aratorum, qui iugum trahit, vel aratorum plantro, ne mactes: quoniam etiam ille agricola est, huiusmodi generi laborum focus. Aelianus lib. 5. de varia historia.

Paruos Melios, quorum agri bene culti essent, aliorum domibus distribuunt, Theop. de v. 1. g. 1.

Seruatus Vicia vir prætorius, tempore Senecæ nulla re alia notus, quam villæ otio, quam prope Cumas possidebat, in qua prætoris Senecæ in epist. 55.

Perpetuo imperator, qui quicquid incolti soli vacabat, occupantibus distribuunt, decemque annorum immunitatem ac perpetuam licentiam agricolis concessit. Cæsar in Numa.

Nemo in tempore, ne populus otio marcesceret, agros diuisit: Perpetuum agorum hæc separantem Deum, adiunxit: sigillatim, qui obsecrarent, quinque agros circumirent, statuit, ex operibus cianam mores coniectans, Plut. in Numa.

Alacritas, nam nemo est saltem non mollis & effeminatus, qui necesse nullam opus agriculturæ turpe aut indecens esse viro bono putaret enim, arare, vites colere, quomodo non honesta est, quæ in se fructu, metere, triturare, an non omnia hæc studia sunt in gremio ad bovis vultu decora?

Cum vt Heliodo turpe non fuit pastorem, nec obuii ei quo minus Deo charus & musicus esset ita nec alii cuiquam impedimento erant.

HIEROGLYPHICA.

Parus Agriolatoris est hieroglyphicum, & apud Aegyptios hoc animal erat inuolabile: propterea quod apud ipsos porci agricolatorum villam præstarent frumentariam que rem alicubi solis eorum opus adiuuarent. Pierius Val. lib. 9. pag. 83. C. Zedus Cyprianus sentit, reirusticæ, quam Saturnus docuisse

PO

POLYANTHIA

Quem damnosa Venus, quem praeceps alea nudet.

Martialis.

Alea parva nices: S non damnosa videtur:  
Saepe tamen pueris abstulit illa nates.

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

De ludo alex & calculorum. Dial. xxvi.

Franciscus Petrarca.

G a v.

Alex ludus, & calculorum placet. R. Damnosum illud, hoc inane, utroque tamen idem ille Scaevola: quodque alicui Augustus Caesar altero uti solitus fertur. Neque rursus ideo quod ille a ceremoniis deorum, atque hominum legibus, quas excellentissime calluit, iste a curis summi imperii, quod diutissime atque optime rexit, tale sibi interdum laboris diuerticulum elegisset, hoc in te probauerim. Sunt enim & doctis, ac magnis viris appetitus quidam peregrini & sui, quorum si vti in doctis sic in moribus imitator fueris, facile labi queas: neque enim omnium qui laudantur, laude digna sunt omnia. G. Alex ludo delector. R. Quis non delectetur super pictam tabulam consignatas numeris ostium quadraturas crispanti cubito iactare, quaque ille direxit trepidantibus digitis rotundas in aciem tabellas mittere? Gloriosum exercitium, & praclarum nomen, & curus, & lauras meritorium. G. Calculus libens ludo. R. O puerile studium! O perditum tempus! O curae superuacuae! O ineptissimi clamores, stulta gaudia, iraeque ridiculae, delirio senes impendere alucolo, & pauculis lignis vagis, ac furtim insidiantibus atque latrocinantibus. Vnde latrocinatus ludus apud veteres dicebatur, quo luisse simiam auctor est Plinius. Miraris? Atqui proprie ludus est simiae miscere calculos, ac transferre, & post illud, raptim iactare manus ac trahere, insultare aduersario, & collis dentibus minari, irasci, altercari, fremere, vicissimque interim (ut Flacci verbo utar) caput scalpere, vngues rodere, & ad summam omnia facere quae praeferuntibus risum excutiant. Nunquid enim horum aliquid, aut vilius penitus amentiae genus omittitis? Nonne ita torquemini quasi vel vestra, vel publica salus in dubio sit? Multi credo praetio visissent si quam ligneis, aut eburneis impenderunt curam, veris militibus impendissent. Vix rei vilius tam in teum, tamque ineptum studium inuenias. Sed hoc est in regno stultitiae commune, ut quarum rerum minor est fructus, & cupiditas, & delectatio maior sit. G. Alea delector. R. Ostendam tibi si consilio uti voles generosam, atque honestam aleam: qua olim Athenis docti homines vsi sunt, ut festis scilicet diebus in concilio amicorum quisque de literis aliquid in medium proferat, non solum lubricum illi, sed solidum pro ingenio profertentis, ad virtutem aut beatam vitam pertinens. Dehinc collatione facta sine invidia, sine ira, qui inferiores doctiorum iudicio visi erunt, facili quidem mulctentur pecunia. Hoc in philosophicas veritatur coenas. Sic res vna coniugio sumptum, exercitium studio, calcar ingenio ministrabit, quod hinc victos excitet, hic victores, hoc alex genere quo antiqui fatumalia, vos pia festa, & quo illi Attricas, vos Romanas noctes infruere. Habes ludum, quo & ludere iuuet, & luisse non pudeat.

De ludo taxillorum prospero, Dial. xxvii.

G a v.

Iuuar ad taxillos ludere. R. O vorago ingens, inexplabilis! O patrimoniorum fluxus tristis, ac subitus! O animi tempestas, & famae nubes, & scelera stimulus, & ad desperandum via. Superiores utcumque ludi sunt, hic merus est dolor. G. At mihi prosperi ludi huius euentus fuit. R. Taxillorum nullus euentus prosperi, mali omnes, & miseri. Nam & qui perdit affligitur, & qui vincit illicetur, inque insidias protrahitur. G. Prospero lusi. R. Praesens saepe prosperitas futurae calamitatis augurium fuit, & suas haec pestis habet illecebras. Si qui talis ludunt omnes perderent, nemo vnquam luderet. Nunclucrantur aliqui, sed lucrum illud arra est damni. G. Lusi, & vici. R. Bene, nisi in campum redis. Alioqui nullus campus planior, nullo in campo volubilius est fortuna. G. Lusi & vici. R. Ludes iterum & perdes. Quod vicisti autem hinc atque illinc mille diripient, quod perdidisti nemo restituet. Adde quod si quid est iustitiae, quod vincis non sit tuum. At quod perdis, est non fiat alterius, tuum tamen esse definit. Multa sunt vndique quae ab hac infamia bonam mentem dehortentur, ac retrahant, nisi vos impetus quidam avaritia pulsus vrgeret. G. Vici in ludo taxillorum. R. Scito autem te ab exatore impio senus centesimum accepisse, restitues quod vicisti, & de tuo iudicis, ut non sit qui repetat, per seipsum euanerit, tuque in somnis felix esse desieris. G. Vici, & diues factus sum. R. Cum nulla sit stabilis pecunia, sed sua potius rotunditate versatilis, tum praecipue quae taxillis quaeritur. Taxillorum ludus nihil vili donat eorum maxime qui familiarius illum colunt, sed mutuat aliquid, & extorquet eo semper inimicior, quo blandior visus erat. Nulli enim amarior est iactura, quam lucri dulcedinem degustare orfo. G. Lusi & lucratus sum. R. Gaudere lucro taxillo-

rum tale est, ac si dulci gaudeas veneno. Virumque non perire erumpet. G. Ludo prospero delectatus sum. R. Peior est delectatio peccati, quam peccatum ipsum. Sunt qui mala conscientiae pro coacti peccant, neque post peccatum gaudent, sed tristitia peccati fieri possent, non peccasse maluerint. Quosdam vidimus in rebus libidinum flammis, quamdam velut glaciem doleris, ac patientiam sentire, & si dicilicet, velle simul & nolle. Peiores autem partem mali vsus quamdam vi detortos, quos haud improbe speret vsu excusso ad meliorem semitam posse conuerti. Atque peccato exultant, quid de his oro reliquum spei est? G. Delector taxillorum ludo. R. Spero fore, ne semper, neu diu etiam delector voluitur assidue fundatarum status vrbium. Tu stabiles talis vrbium. Crede mihi volentur, & secum in lachrymas gaudium tuum luent. Neque enim sic volentur, vt vidisti, tunc inane tibi gaudium, nunc veros gemitus parabunt. G. Delectat ludere. R. Delectatio funesta & turpis, corruptique animi. Ira enim & commotio gnis es. Nam quis quae ingenuus, seu quis homo & comitatus, trux bellua delectari queat ludi nomine, abundante neque, quae impietate foedissima. Vbi praeter hominum vultus, & manum sit: vultusque ipsi iracundia ac morore obscuri, & clamoribus efferati, nec iam sunt humani. Vbi non decorum, non modestia sit verborum, non amor erga homines, non erga Deum reuerentia, sed iurgia & rancores, & doli, & peritura, & pnia, vulnera ad extremum & homicidia quoque. Nihil in Deo fecimus potest humana temeritas diuini nominis blasphemiam, quibus ante omnes scelera officinas ille ludus infelix iactat, quos forte tacitos pudor tenet, crebro tamen suspirantes quibus cordis agant scintillae. Quis hunc ludum versus hominum dicam tractare manibus, sed spectare oculis possit, & non angustius fugarique scelesti spectaculi foeditate? G. Delector tamen ludo. R. Vide ne Cretensium imprecatio in tuum caput in mala consuetudine delectari, quo nil dictu leuius, nihil curae tuius propiusque exitio est. G. Delector taxillorum ludo. R. Scienda est delectatio inhonesta, & si non virtutis et saluberrimo studio & pudoris cura. Nam vix aliud in actibus hominum genus, vbi tam clare mores & vitia detegantur. Vidisti alex praetium delectos in hoc ludo tremere atque orare sceleratum numerum inuocare. Quosdam alibi magnanimos, ac quillo, illic pro parua pecunia, & precari, & irasci, & in finem ire. Quam multa pro paucis nummis saepe ibi fecerunt vitia, quae pro ingenti thesauro alibi non fecissent. Ibi enim virtutum munus, sed imprimis irae atque avaritiae regnum est. Meminisse Naio in eo libro, quo inhonestam quidem, ac superuacua amodo docet, vile tamen interdum aliquid intersit. Amatorum enim ut ob animi vitia elanda, ludo hoc, aut simili abstineant, ne spectet in tumida aut avaritia exhausta amatoribus dissipatis suis. Quanto id viris dignius praecipitur, ne non modo homines sed Deo oculos omnia videntis & bonos animos, moresque ingens amantis, offendant. G. Lusi, vici, gaudeo. R. Ludus turpis, cum sit victoria, gaudium inane. G. Vici, gaudeo. R. Omne delectatio gaudium stultum est. Proinde Tullius quospiam ludum inuentor fuit: Cuius inscii ludibrio ac noxae, scientes vero mulo subiacent ac stupori. Nam quid mirabilis, quem quocumque teri prouerbio vulgatum, verumque iugi experientia deprecatum? Omnes huiusmodi ludi magistros nudos esse, atque impregenos.

¶ APOPHTHEGMATA.

Plato, adolescentem quod lussisset alea, grauiter increpauit, quum dixisset, Sic obiurgas ob rem paruam? At paruam non inquit, assuescere. Laert. lib. 3.

Alexander, quosdam ex amicis mulctauit, quod in ludo sensisset eos ludere. Siquidem multi sunt qui in hoc ludo vix re maxime seria versantur, non enim ludunt qui fortunam, sed amnes, interdum & liberos, alex permittunt arbitrio. Plaut. in prologo & imp. apoph.

Manius Curius, Manium Curium accusator eius ad concionem inuidiam in sipario, (id est velaminis genus) pincerat, quibus locis, aut in neruo nudum, aut ab amicis redemptum erat, hoc agens ut omnibus persuaderet, quam is esset perditio delectatio alex. Hoc crimen ridicule inficiatus est Manius: Ego, inquit, nunquam vici. Alter intelligi volebat, Curium assidue ludo alea. Curius ego torfit quasi infelicitas esset approbata. Non verisimile, qui frequenter ludit testis, nunquam vincere. Apophthegm.

Cicero, Memmio cuidam vituperanti Catonem Vitae dicens quod totas noctes ebrius esset: At illud, inquit, Catonem, non addis, cum totos dies alea ludere: cuiusmodi excusatio Catonem, qui totum diem Reipublicae negotiis dabat operam, & aeternas aliquot horas fumebat laxando animo, Erasmius de apophthegm.

Vide infra Titulos de Ludo & Recreatione.